

column. fin. vers. sed extra glo. oppono. quod & si praescribens rem subiectam restitutioni: & prohibam alienari habet titulum a prohibito: quod poterit praescribere spatio longissimi temporis: & ita intelligit: & limitat illum text. quatenus vult, quod per alienantem non transferatur dominium, nec ulcupiendi conditio: ut procedat de praescriptione longi temporis: in qua requiritur titulus, & talis titulus fingitur nullus: quando alienatur res subiecta restitutioni: secus vero in praescriptione temporis longissimi, in qua non requiritur titulus, quae dicit esse menti tenenda: & substantiales, & hanc opinionem Pauli secutus est Alexan. 3. vol. consil. 59. incipienti a tenentis verbis testamenti. Socinus referens istud consil. alleg. consil. 251. 2. col. Philippus Corneus consil. 38. 1. vol. col. 4. & consil. 304. 3. vol. & refert, & sequitur Franciscus Balbus in suo tract. praescrip. cbaria 38. col. 2. & praesertim videtur haec procedere, si tractetur de praescribendo inter confanguineos, & collaterales descendentes a testatoris, quod casu per plura fundamenta consuluit Socinus consil. 47. 3. vol. locum fore praescriptioni, quem refert etiam, & videtur sequi Joannes Cister. in suo tract. primogenitura, 3. lib. quast. fin. quorum fundamenta non refero: quia videri possunt: imo & plus videbatur dicendum: quod praescriptio perfecta in rebus restitutioni subiectis, contra valentem agere praedictis eis, qui post illum vocantur etiam postea natis: quia si praescriptione perfecta erat dominium acquisitum, & extincta actio competens ad dicta bona, si semel fuit extincta propter nativitatem, vel supervenientiam sequentis, non reviviscit, L. qui res qui aream, ff. de servitio. & dominium legitime translatur per praescriptionem, ut notatur in aubent. nisi tricenarius, C. de bonis maternis, non re transferuntur in sequentem vocatum, vel postea natum: quia quod nostrum est sine facto nostro a nobis avari non potest, ff. de regu. juris, id quod nostrum, & per istam rationem hoc videtur voluisse Philippus Corneus 3. vol. consil. 304. col. antepen. & pen. dicens: videri durum, quod si unus per triginta, 40. vel sexaginta annos possidet rem, ab aliquo sub conditione restitui alteri: & praescriptione interim quaesivit dominium, eventiente conditione, dominium avocetur ab eo, qui praescripserit dominium: sicut, & in simili dicit videri durum, quod si quis stipulatus fuerit emphyteosim pro se, & filiis, & nepotibus, illamque receperit: deinde alius dictam rem emphyteoticam per 30. vel 40. annos possederit bona fide, quod decedente primo emphyteota, ejus filii, vel nepotes possint dictam rem ab eo avocare: & adducit alia, quae videri possunt, & non est opus illa transferre. Et comprobatur etiam hoc alio fundamento: nam sententia lata contra haereditatem, seu tenentem rem restitutioni subiectam, nocet sequenti in gradu, ad quem res illa in posterum debeat devenire: ut notat Bart. in lege in diem, ff. de aqua pluvia arcendi. pro quo est text. in lege 1. §. pen. ff. de ven. inspi. gloss. in lege de uno quoque, ff. de re jud. & voluit Paul. de Cast. in lege si cum benem. ff. de fidej. ubi dicit, quod in his quae transeunt in filium, ut in filium, & non tanquam in haereditatem, omnia acta cum praedecessore praedictant successori, & si hoc est in sententia, cur non idem in praescriptione, quia sicut sententia fuit introducta, ut sit licium finis, sic praescriptio ut est text. & ibi Bar. facit hanc aequiparationem, in lege fin. ff. pro suo. Item habemus hoc in feudo expressum, ut praescribitur tempore 30. ann. ut in cap. si quis per 30. si de seu. fuer. contr. inter domi. & agn. pro parte negativa adducebam, quod ubi concurrat duplex prohibitio alienationis, a lege l. a testatore rati in iudici fideli commissi, testator tacite visus sit prohibere alii nationem, ut formaliter declarat gloss. in lege cum pater, §. libertis, in verbo, ne alienaret, ff. de leg. 2. & ex hac prohibitione hominis resultat, & concurrat cum ea prohibitio legis, secundum quam res quae restitutioni subiectae alienari non possunt, ut in aubent. res qua, C. commu. de lega. L. fin. §. sed quia nostra, C. eod. & notatur in lege Marcellus, §. res qua, & in lege imperator, ff. ad Trebel. & adhuc si effectus prohibitio expressa testatoris, ne res illa alienetur (cujus dispositio lex est, ut in aubent. de nuptiis, §. disponat, col. 4.) videtur, quod

cu a lege, & a testatore simpliciter, & absolute prohibita sit alienatio, per consequens prohibetur praescriptio, ut est text. in lege ubi lex, cum gloss. ff. de usufr. & in lege alienat. ff. de verb. sign. unde Bart. in dicto. L. ubi lex notat, quod ubiqueque a lege prohibetur alienatio: prohibetur etiam usufructu subdicens esse menti tenendum, quia quotidianum, & idem tenet expressius Joan. de Imol. in lege filius familias, §. divi. ff. de deleg. 1. in vers. item adde, vbi refert ibi Bart. tenentem contrarium ejus, quod tenebat in dicta L. ubi lex, dicens: veritorem esse opinionem, quod ubi res est prohibita alienari, non potest praescribi, & ibi respondit ad fundamenta Bart. de quibus in dicto §. divi. eandem sententiam tenuit idem Imola latius, & melius quam alibi in dicto. L. ubi lex, & ad idem est gloss. fin. in lege quemadmodum, C. de agrico. & censu. lib. 11. quam ibi commendat Joannes de Plat. eandem opinionem tenet Angel. in dicto. L. ubi lex, & ibi refert Jacobum de Ravega, & Cy. in lege fin. C. in quib. caus. in integr. rest. non est necessaria. tenentes, quod si prohibetur alienatio indistincte, tunc prohibetur praescriptio: sed si non prohibetur simpliciter, sed demum servatis certis solemnitatibus, ut est videre in re ecclesiae, vel minoris: & tunc non prohibetur praescriptio hoc etiam tenet Bart. in dicta lege fin. quod quando pure, & simpliciter alienatio est prohibita: tunc bene procedit illud dictum, quod quae non possunt alienari, non possunt praescribi, & idem tenet ibi Bald. in 2. col. vers. item nota. ubi ponit in hoc elegantia verba, quae rogo videantur, & idem ibi tenet Paul. de Cast. & certe haec videtur non solum communis opinio verum nullus huic sententiae videtur adversari, ad hoc etiam in duco text. in lege 2. C. de usufr. pro emp. ubi habetur, quod si tutores vendiderunt servos, quos propter perfectam periam testator jussit servari: non possunt ulcupi. ubi Bald. notat, quod hominis prohibitio impedit alienationem legalem, praeterea de hoc est text. formalis in dicta lege fin. §. si avaritiam sub conditione, C. commu. de lega. ubi inuitem avaritiae cupidus propter spem conditionis minime implendae ad venditionem, vel hypothecam profluerit, licet, quod conditione impleta, ab initio causa in irritum devocetur, & sic intelligenda est quasi nec scripta, nec penitus fuerat celebrata: ut nec ulcupio, nec longi temporis praescriptio contra legatarium, vel fideicommissarium procedat: & ex hac L. patet quantum erronea fuerit opinio, Bart. & eum sequentium, in dicto §. divi. ubi Bart. allegat istam L. quod res prohibita alienari possit praescribi cum hac L. aperte dicat contrarium. Praeterea, & quod ista procedant, necdum in praescriptione longi temporis: verum etiam in praescriptione longissimi temporis, voluit gloss. in dicto §. si avaritiam sub conditione, & est quaedam glossella super parte longi temporis, quae dicit, ut infra habes generaliter, & de praescrip. 30. vel 40. anno. L. cum notissimi, §. illud, quae gloss. per allegacionem dicti, §. illud aperte vult, quod nec obstat praescriptio longissimi temporis, cum actio non sit nata sequenti fideicommissario, ante diem fidei commissi cedentis, & idem voluerunt ibi Cyn. & Bald. ubi Bald. in dicto §. sed quia nostra, vers. oppono, & videtur, dicit hec verba oppono; & videtur, quod obstat exceptio 30. annorum, ut infra de praescrip. 30. annorum. L. sicut na si legatum est in diem certam, interim est nata actio ex testamento sol. non est nata actio cum effectu: quare non obstat exceptio, & sic aperte tenet, quod nec praescriptio 30. annorum obstat sequenti fideicommissario, cujus dies necdum cecidit, & dictam gloss. sic intellectam secutus fuit Paul. de Cast. 2. vol. consil. 158. ad fin. ubi expresse tenet, quod praescriptio temporis praecedentis, ante conditionis existentiam, non potest allegari contra fideicommissarium: quia non valenti agere non currit praescriptio ipso jure L. cum notissimi, §. illud, C. de praescrip. 30. vel 40. anno. & subdit Paul. de Cast. quod ita intellexit glossella illum, §. si avaritiam sub conditione, & L. 1. §. fin. de anna. except. istud etiam voluit Bald. 3. vol. consil. in consil. 351. ubi formaliter ponit haec verba, item ad illud, quod quaeritur quo tempore incipit currere praescriptio fideicommissi dicendum est, quod non incipit an-

tequam existat conditio fideicommissi, seu substitutionis fideicommissariae, ut, C. de anna. excep. L. in fine, & C. de praescrip. 30. anno. L. cum notissimi, §. illud, & C. commu. de leg. L. fin. §. si avaritiam, hoc etiam iudicio meo probat text. in dicto §. si avaritiam, ibi, dum dicit omnis licentia pateat rem vendicare, & sibi assignare, nullo obstat eia ei a detentoribus opponendo, per quem text. videtur, quod non possit opponi obstatulum praescriptionis, etiam longissimi temporis, cum dicat universaliter nullo obstatulo, & ibi omnis licentia: & sic cum ita universaliter loquatur, omnem praescriptionem excludit cap. solite, cum similibus, de major. & obediens, & istud est, quod voluit dicta glossella dum dicit, ut habes infra generaliter, & sic innuit, quod per dicta verba, L. illa voluit excludere omnem praescriptionem, per quae videtur de intentione illius, L. quae tollere omnem praescriptionem, quo casu etiam quadragenaria tolli videtur: nec ad hoc obstat L. omnes, C. de praescrip. 30. vel 40. anno. quia illa L. non procedit ubi praescriptio specialiter est prohibita: & ubi est provisi, quod nulla praescriptio obstat, ut declarant Bald. & Angel. in lege 1. C. ne rei domi. vel templo, & in dicta L. omnes, col. fin. & sequitur Joan. Franciscum Bald. in dicto tract. praescrip. cbaria 60. ad fin. pen. col. & interminis nostris, quod nec longissimi temporis praescriptio obstat impeditis agere, vel adhuc non natis consuluit pro indubitabili Stephanus Bertrandus, 1. vol. consil. 15. col. 9. & 10. & praedictis adde, quod dicitur, de invest. de re alie. facta praeterea dato, quod diceretur, quod in his bonis haberet locum praescriptio, intelligendum tamen esset in prejudicium illius qui contra se passus est praescribi, quo mortuo, sequens vicarius possit agere, pro quo facit text. in lege peto, §. fratre, ff. de lega. 2. ibi non tamen ideo sequentia causa propter superiores in posterum laedi debet: & sic aperte vult, quod negligentia anteriori agnati non nocet sequentibus, facit etiam text. in cap. 1. §. hoc quoque de invest. de re alie. facta, ubi habetur aperte, quod vassallus dolo, vel culpa, seu negligentia potest sibi praedictate: si tamen postea feudum aperitur domino libere debet ad ipsum reverti, non obstante lapsu cuiuscunque temporis, & gloss. ibi expresse in verbo, longa tempora, dicit formaliter idem dicendum de tempore longissimo, maxime hodie: quia alienatio videtur prohibita, & hic est unus alienationis modus, unde nulla obstat praescriptio, & sic illa gloss. aperitissime decidit casum nostrum, hoc etiam comprobatur ex verbis Bald. in dicto §. quid ergo, ubi formaliter notat, quod cuius non nocet pactio ejus, non nocet contra se lapsa praescriptio, quod etiam dicit tenendum menti, & ante Bald. tenuit ibidem And. de Iser. per plures rationes, & fundamenta, dicens, quod si feudum sit antiquum, quod provenit ex proventu antecessorum praescriptio contra patrem non nocet filio, & ibi notabiliter haec tractat, ut videri potest per eum adducentem plura, idem, & pulchre tenuit idem And. de Iser. in cap. 1. §. praeterea ducatus, de prohib. feud. alie. per Frede. in prima additione, in fine, cujus verba brevitate causa non refero, & idem tenet Praxpo. in allegato, §. quid ergo, & est consensum rationi, & aequitati, & hoc multum bene confirmatur ex doctri. Rapha. Fulgo. in lege quatenus, C. de fideicommissi. ubi dicit, quod, & si fiat alienatio rei prohibita alienari in favorem agnatorum consentientibus agnatis, tunc viventibus, quod talis alienatio non obstat quin agnati postea nati possint illam revocare, movetur per textum gloss. in dicta lege peto, §. fratre, & refert, & sequitur Jalon. in dicta lege quatenus, dicens perpetuo esse notandum, & iudicio meo pro isto dicto est bona gloss. in dicto §. fratre, in vers. superstit. ubi subiungit nec superesse separatur, quod dictum est in se verissimum, & ex eo destruitur alia ratio, per quam Barro. & alii Doct. qui in hoc cum eo tenent in dicto §. divi. rem prohibitam alienari posse praescribi dicentes, quod cum possent de consensu illorum, in quorum favore facta fuit prohibitio alienari, ergo, & praescribi, cum illa patientia habeatur loco consentiendi: nam certum est, quod ratio ista deficit, ubi res per-

petuo esset prohibita alienari favore descendendum, vel alias, qui nascitur non consentiunt, & sic dicta ratio in his terminis non procedit, non enim potest post operari praescriptio quam verus titulus cum voluntate domini tradentis Bald. in lege nullo, C. de rei vend. & bene facit ad praedicta, quod notat Paul. de Cast. in lege falsa, §. si quis honorum, ff. ad Trebellia. ubi dicit, quod negligentia haereditis in non insinuando testamentum infra tempus praefixum a statuto, non nocet fideicommissario, & notat, & insert hoc ex illo text. ubi negligentia haereditis in non petendo bonorum possessionem infra tempus debitum, non nocet fideicommissario, & idem tenuit Jacob. Alvarotus, in cap. 1. §. hoc quoque, col. fin. de success. feud. ubi dicit, quod si vassallus non potest alienare in prejudicium aliorum agnatorum, qui successively debent succedere, patet si patitur, quod contra eum currat praescriptio, non nocet aliis successively venientibus: quia praescriptio videtur alienatio, L. alienationis verbum, ff. de verbo. signi. & ideo dicit, quod non obstante praescriptione, datur utilis rei vendicatio agnatis, successively venientibus arg. LL. 2. & 3. C. de dona. quae sub modo, & id dicit confirmari: quia inter ipsos agnatos feudum videtur subiectum restitutioni, unde dicendum est sicut de rebus subiectis restitutioni per fideicommissum, L. fin. §. sed quis, C. commu. de lega. & hoc idem comprobatur, quia non valenti agere, non currit praescriptio, L. 1. §. fin. C. de anna. excep. L. 1. C. de bon. mat. cum ergo fideicommissarius non possit agere vivente eo, qui tenet bona subiecta restitutioni, de praesenti contra illum praescriptio procedere non potuit: & ita etiam tenet Philippus Decius dicens: hoc esse planum de iure consil. 445. col. 8. & certe nullus Doct. contrarium dicit praeterea si bene consideretur iudicio meo attenda dispositione legum regni, hoc minus habet dubium: nam per L. 7. tit. 4. part. 5. disponitur, quod si donatio fiat uni ad certum tempus, & quod postea habeat alius, & sic successively post mortem primi donatarii, proprietatis, & possessio rei donatae transit, sine alia apprehensione, in sequentem donatarium, & idem, & amplius hoc patet per L. 45. in ordin. Taur. ubi quod in rebus majoriae, mortuo eo qui de praesenti tenebat, possessio civilis, & naturalis, sine alios apprehensionis actu transit insequentem in gradu, qui vocatur ad majoriam secundum eius tenorem, & dispositionem, licet alius in vita illius, qui primo tenebat, vel eo mortuo accepit possessionem bonorum majoriae, & non est dubium quin hoc possit fieri per L. vel consuetudinem, ut est casus in lege raptorei, C. de Episcop. & cler. & ibi hoc not. Bart. & Angel. in lege qui universas, §. 1. ff. de acquir. poss. quam possessionem Bald. appellat civilissimam in rub. de conten. inter me, & domi. & in lege fin. C. de sacrosanct. eccles. & tradit Alexand. in lege 1. in princ. col. 15. & 16. de acquir. poss. cum igitur intrans de facto res subiecta restitutioni, quae ex tenore majoriae donationis, vel praegari (quod etiam est donatio a defuncto relicta, ut in sup. de leg. in princ.) debet post unum devenire ad alium, non habeat possessionem naturalem, nec civilem, quae causat praescriptionem, & sine qua non praescribitur, ut notat gloss. Bart. & Doct. in dicta lege 3. §. ex contrario, ff. de acquir. poss. & in lege 1. C. de servi. fugi. nullo modo poterit praescribere cum sine possessione praescriptio non procedat, reg. sine possessione, de reg. jur. in 6. L. sine possessione, ff. de usufr. cap. & si sola possessio civilis etiam stante apud alium naturali, impedit praescriptionem iuxta notata per gloss. & Doct. in dicta lege 1. C. de servi. fugi. quanto magis, ubi necdum civilis, verum etiam naturalis residet penes vocatum ad donationem, vel maioriam per dictas leges regni, nec obstat, si quis diceret, quod praedicta procederent in praescriptione longi temporis: sed in praescriptione temporis longissimi non procederent: quia talis longissima praescriptio, sine possessione, videtur procedere: quia non praescribitur res: sed contra actionem, prout voluit Bald. in dicta lege 1. C. de servi. fugi. & ibi declarat Paul. de Cast. & Jaf. nam respondetur, quod dato, quod contra rei vendicationem tempore longissimo praescriberetur, secundum opinionem praedictorum: non tamen per hoc praes-

præscribens acquiret dominium utile, nec directum, ut declarat ibi Paul. de Cast. & iudat viva ratio: quia dominium non potest præscriptio acquiri, sine possessione, & hoc dato habemus intentum: quia cum sequens successor non reperiat dominium rei præscriptum, competit sibi nova utilis rei venditio, per *L. quotiens, C. de domi. qua sub modo*, declarat Jacob. Alvarotus in *dito cap. 1. §. hoc quoque de success. feud.* contra quam non potuit præscribi antequam nasceretur *dito L. cum notissimi, §. illud*, & hæc est subtilis, & elegans consideratio, sed iterum potest instari ex adverso, quod præscriptio longissimi temporis possidens bona fide acquirat necdum exceptionem: verum etiam utile dominium rei, ut est casus in *lege si quis emptiois, §. 1. C. de præscrip. 30. vel 40. anno.* unde videtur, quod possessores præscribentes acquirunt utile dominium: sed responderi potest, quod *dito L. si quis emptiois, §. 1. loquitur*, & procedit quando erat possessio rei penes bonæ fidei possessorem, que hic non erat ex dispositione dicitur legum regni, quod si dicitur, quod ex longa oblivione illa possessio quam dicitur leges regni transferunt in sequentem in gradu fidei perditæ, & ea amissa per longi temporis oblivionem possidens naturaliter potuit præscribere, ut communiter Bart. & ceteri Doct. declarant in *dita lege prima, C. de fidei fugi*, cum civilis possessio, que animo retinetur, perdatur per oblivionem, & ex longo tempore causatur oblivio, *L. si id quod in princ. ff. de acquir. pos. & notat gloss. in lege si de v. §. 1. ubi Doct. ff. eod. tit. & in lege furtum, §. 1. ff. de usucap.* & in plurisque aliis locis Doct. sed responderi potest: quod in ista possessione civilissima que à L. transfertur in vocatos ad majoriam, & eorum favore non fit consideranda talis oblivio: & quod sicut tradendo realem possessionem non præjudicaretur sequenti vocato, ut patet in *dita lege Tauri*, sic à fortiori, nec negligendo per oblivionem. Accedat etiam in corroboracionem prædictorum notabilis decisio Joan. And. in *additio. ad Specul. in rubri. de feud. col. 1. versic. 28. quæst. ubi dicit*, quod si vassallus alienavit rem feudalem ignorante directo domino, quod licet ille, in quem alienavit rem possit per 30. annos præscribere in præjudicium vassalli, non tamen in præjudicium directi domini: quia cum directus dominus retineat civilem possessionem in re feudali, interim alius non potest inchoare præscriptionem, & allegat gloss. in *dita lege 1. C. de servit. fugi*, ubi Angel. & Fulgo. sequuntur doctri. Joan. And. nec adhuc obstat, si diceretur, quod dicitur LL. regni locutione de continuatione possessionis procedant, nisi mortuo defuncto, vel vivo possessio ab alio fuerit apprehensa, prout est casus noster, nam talis actualis apprehensio impeditur dictam fidam continuationem iuxta *L. Pompeius, §. quæsitum*, ubi hoc in terminis dicit Rapha. Cuma. *ff. de acquir. posses.* & refert Alexan. licet non firmet in *lege cum barede, in princ. ff. eodem tit. & firmat consil. 83. vol. 2.* pro quo est gloss. valde notabi. in *lege cum miles, in princ. in gloss. mag. ad finem, ff. ex quib. caus. maj.* nam respondeo, quod hæc obiecto, quæ fieri potest, fuit sublata per *dito L. Tauri*, ubi expresse disponitur, quod talis continuatio possessionis non impediatur ex actuali possessione alterius, & sic illa pulchra, L. hoc induxit: ad doctriam Bart. in *dito §. divi*, respondetur quia ut dixi duo fundamenta, per quæ Bart. se fundat, potius faciunt contra eum, ut superius deduxi, & ipse Bart. in aliis locis tenet contrarium, & opinio contra Bart. in *dito §. divi*, est magis communis prout adducit, & affirmat Philipp. Cornelius 3. vol. consil. 294. col. pen. & fin. imò, & si bene inspicatur dictum Bart. in *dito §. divi*, & Doct. tenentium cum eo, ex ratione quam assignat Bart. aperte colligitur in quæst. præsentis nullum fore locum præscriptioni: nam ratio Bart. est quod ex eo, quod in præscriptione videtur in esse consentus tacitus eorum contra quos præscriptio fit, sicut consentientibus expresse illis, quorum favore facta fuit prohibitio alienationis, potest alienari, ut in *lege quotiens, C. de fideicommissis*, sic, & præscribi, patet ergo esse de intentione Bart. à ratione cessante, quod si aliquis de vocatis ad fideicommissum non consentiat alienationis racione, vel expresse, quod con-

tra illum non potest præscribi, & dato, quod illa opinio Bart. foret vera, intentio Bart. est dicere, quod illi qui poterat agere ad rem subiectam restitutioni, ut passus fuit contra se præscribi, non agat: qui vero non erat paratus, vel non poterat agere, quomodo videatur consentire, non video. Similiter, nec obstat opinio Paul. de Cast. in *dito §. sed quia nostra*, tum quia, ut dixi, per illum textum, videtur confundi ejus opinio: tum etiam, quia Paul. de Cast. non dicit, quod si per 30. annos sit præscriptum contra fideicommissarium, cujus dies cessit, quod per hoc excludatur sequens in gradu vocatus ad fideicommissum: nam quod sequens in gradu excluderetur, non dicit, nec fuit de ejus intentione, & in hoc ipse dixerat contrarium, prout dixi in *consilio præallegato 158. vol. 2.* præterea Pau. de Cast. loquitur in re subiecta restitutioni, per viam fideicommissi, & ubi non est expressa prohibitio testatoris de non alienando, prout fuit in nostro casu, in quo est diversa ratio: quia fortioris potentia est prohibitio expressa testatoris, quam tacita, quod patet, quia quando testator expresse prohibet alienationem, totaliter impeditur domini translatio: secus vero si tacite, gloss. singu. in *lege cum pater, §. liberis, in parte, nec alienari, ff. de lega. 2.* quam gloss. commendat Bald. in *cap. 1. de prohib. feud. aliena.* per Lotha. ad fin. accedat quod singulariter dicit Bald. in *§. donare, qualiter feud. aliena. possit*, ubi dicit, quod *autem rei que, C. com. de lega. non habet locum*, ubi est expressa prohibitio testatoris: quod non alienetur, & solum procedit in casu proprio, & induco etiam, ad prædicta Bald. in *cap. præterea, de cap. corra.* ubi gloss. tener, quod licet vassallus non possit alteri feudum vendere, potest tamen in feudum, quærit ibi Bald. quid si sit appositum pactum expressum de non alienando, an tunc possit in feudum, & respondit, quod non, assignans rationem, ut pactum aliquod operetur: & quia quando prohibitio nova adijcitur prohibitioni veteri: debet ampliari, quod est notandum ad propositum, confert etiam quod adducit Socinus referendo Pau. de Cast. in *consil. 163. penult. col. vol. 2.* ubi facit differentiam inter clausulam derogatariam ex dispositione, L. in *testam. inter liberos*, ab illa que specialiter, & expresse ponitur per testatorem in testamento: & possent in simili adduci alia multa, que omitto, non obstant etiam inconvenientia illa que adduxi, & deducit Corneus in *dito consil. 304.* quod dominium jam radicatum convolet adveniente die, vel conditione in sequentem in gradu contra regu. id quod nostrum, quia negatur ejus assumptum, quod præscribens acquirerit sibi dominium rei prohibita alienari, prout deduxi superius in fundamentis pro ista ultima parte, & bene potest stare, quod præscribitur actio contra negligentem: & tamen non acquiratur dominium præscribenti in præjudicium sequentium, quibus adhuc non cessit dies, & ista est intentio Doctor. communiter dicentium, quod præscriptio in re feudali, vel que alias ex dispositione testatoris debet ordine successivo venire ad agnatos, vel cognatos: non nocet sequenti in gradu, de quorum mente est supponere, quod dominium rei non fit acquisitum, ut cesset dictum inconveniens, & bene potest stare, quod quis acquirat præscriptione jus accipiendi contra actionem, & non dominium rei, ut in *lege si quis emptiois, §. 1. C. de præscrip. 30. vel 40. anno.* & constat quod de intentione Doct. fit quod nec præscriptio, 30. annorum nocet sequenti, cui dies adhuc non cessit, quod loquatur in feudo, in quo minor præscriptio non currit, ut in *dito §. si quis, per 30.* & quod de intentione Paul. de Cast. fit loqui respectu illius cui dies cessit, & non aliorum, patet ex ejus dictis, in *dito §. sed quia nostra*, cum dicit, quod in præscriptione longi temporis, etiam postea quod dies cessit, non nocet fideicommissario, licet fecus est in præscriptione longissimi temporis: & sic loquitur tantum respectu illius cui dies cessit, & in aliis vult non nocere, cum superius dicit dando rationem cur pendente conditione non procedat præscriptio, dicens esse ex eo: quia fideicommissarius adhuc agere non potest, & non valenti agere non currit præscriptio, præterea non reputatur à L. inconveniens, quod dominium rei prohibita alienari sit pend-

dente conditione, & antequam cedat dies fideicommissi apud illum in quem gravatus alienavit, & quod istud expiret, & dominium convolet, in fideicommissarium adveniente die fideicommissi, ut in *lege servo legato, §. 1. ff. de legat. 1. & L. si fundum, ff. de cond. & demons.* & nimirum, quod sit idem in alienatione per præscriptionem, quod in alienatione per contractum, cum præscriptio fundetur in negligentia, & tacito consensu illius contra quem præscribitur, ut notat Bart. in *dito §. divi*, & non est amplioris potentia præscriptio in hoc casu, quam verus titulus cum voluntate tradentis, Bald. in *lege nulla, C. de rei vind.* & cujus non noceret alienatio, nec contra eum lapsa præscriptio, ut supra deduxi, & est communis sententia Doct. & procederet hæc præscriptio, cum omnes possessores prætendant titulum à gravato, quem comprehendit, & ligare potest prohibitio testatoris, qui sicut non potuit alienare, sic nec transfere utriusque, vel præscribenti conditionem, L. 2. & quod ibi not. Bald. de *usu, pro empt.* & per hæc tolluntur responsiones fragiles, quas adduxit Corneus in *dito consil. ad dicta, L. servo legato, & L. si fundum*, quia præscriptio 30. vel 40. annorum perfectionem, & complementum accepit: nam certum est, quod ad hoc ut ratio- nentur adducit per Corneum in *dito consil.* aliquatenus posset facere, esset necesse, quod in personam unius in quem cessit dies fideicommissi tota præscriptio, 30. seu 40. annorum compleatur, ut sic dominio acquisito, prout ipse vult, non convolaret in alium, & non sufficeret: quod in personis plurium successivè vocatorum ad fideicommissum compleeretur, prout ipsemet Corneus tenet pro constanti, in *dito consil. 304. col. pen.* cum dicit: In autem ante finitum longi temporis præscriptionem cessisset dies fideicommissi: & fideicommissarius consecutus fuisset dominium rei restitit: & consequenter oporteret, quod possessor niteretur præscriptione adversus jus quærum ipsi fideicommissario: tunc ratio viva fuaderet, quod tempus antea lapsum non haberet, obstatet ipsi fideicommissario, & actio- nis sue, licet postea completeretur tempus, quod restabat ad præscriptionem complendam: tunc enim militat ratio, *dito §. illud & reg. supra dicta*, & maxime Bal. qui ibi in lectura nova facit mentionem de præscriptione longissimi temporis sentiens, quod in casu illius *§. præscriptio longissimi temporis*, non obstat fideicommissario conditionali, per *reg. dicta, §. illud*, hæc sunt verba sua per que aperte vult, quod prædicti, & hæc apertius procedent, stante dicta dispositione, LL. Regni quibus ex tunc, ut immediate, & ipso jure possessio transeat in sequentem vocatum: nam & tunc alia ratione nova præscriptione, & integra opus est: cum fiat interruptio per amissionem possessionis, L. naturaliter, *ff. de usucap. L. penult. tit. 29. part. 3.* & solus defectus, sive amissio possessionis hoc operatur, cum possessio civilis sit que causat præscriptionem, ut notat gloss. & communiter Doct. in *dita lege 3. §. ex contrario, ff. de acquir. posses.* & in *dita lege 1. C. de serv. fugi*, itaque, cum per adventum diei, quo cedit dies fideicommissi, seu majoria, præscriptio cœpta interruptatur, de toto tempore præterito non curatur: sed opus est de novo, & ex integro præscriptionem inchoare, ut est text. in *dita lege peno. tit. 29. part. 3. & in lege si ades, §. liberis*, & ibi notat Bal. *ff. de servit. urba. prædit.* Abb. in *cap. cum non liceat, & in cap. illud, de præscrip.* nec obstat similiter, quod adducit fuit de sententia, quod lata super re alienari prohibita contra ipsum prohibentem, quod nocet ei, in quem res debeat venire ex fideicommissio, nam contrarium tenet Bart. in *dita lege si usufructus, §. divi*, & licet aliqui teneant contra Bart. ut Ang. Imola, & Alex. ibi, & Felin. in *cap. quamvis, col. pen. de re jud.* tamen in quest. nostra indubitanter videtur verior, & communior opinio Bart. cum succedentes in majoria non succedant jure hereditario: sed ex propria persona successivè, sicut habemus expressum in agnatis, qui ex propria persona successivè veniunt in feudo antiquo: quod sententia lata contra unum, non nocet aliis agnatis, ut concludit And. de Iser. in *cap. 1. §. si vassallus, ff. de feud. sue. cont. inter domi. & agna.* & idem tenet

ibi Jaco. Alvaro, & Felin. in *cap. fin. col. 2. de mojo, & obedi.* & sequitur Phil. Deci. *dito consil. 445. col. 6.* ubi dicit, esse communem opinio, & ibi alia adducit que referre non curio, præterea Imola, & Doctor. volentes (contra Bart. in *dito §. divi*,) quod sententia nocet fideicommissario, limitant ita tamen, quod fideicommissarius poterit pro suo interesse à tali sententia appellare, quando sententia erit sibi notificata: nec curet sibi tempus ad appellandum antequam sit certificatus de tenore sententia: ut dicit Alex. in *dito §. divi, col. 4.* & Felin. in *dito cap. quamvis, col. pen.* & sic in effectu omnes concordant, quod sententia sibi non præjudicet ex quo non transit in rem judicatam contra ipsum, præterea, in sententia est multum diversa ratio, quam in præscriptione: cum iudicium reddatur in invitum, & non est quid imputetur ei, contra quem lata est, quod cessat in præscriptione in qua adest ejus incuria, & negligentia, que non debet præjudicare sequenti: qui ad fideicommissum vocatus est: & habemus expressum, quod ei non præjudicet, prut superius latè deduxi. Similiter non obstat consil. Socini, quod adducebam, quod inter collaterales possit præscribi majoratus, etiam contra ejus constitutionem: nam ut supra dixi, contrarium videtur versus de jure, & quia Socinus non dicit, quod talis præscriptio nocet sequentibus vocatis ad majoriam, quibus dies adhuc non cessit, nec etiam loquitur Socinus, quando præscribentes habent causam à prohibito prout est in casu nostro, in quo nulla est dubitatio, quod tali casu non habeat locum præscriptio: præterea loquitur Socinus in iuribus primogenituræ, & ubi non est prohibitio alienationis, & per consequens præscriptionis, quod patet ex fundamento, cum dicit, quod jus primogenituræ potest donari, & vendi, & per consequens præscribi: & sic loquitur in casu, in quo alienatio non est prohibita: præterea fundat se in doctri. na Bart. in *dito §. divi*, contra quem, ut dixi, est communis opinio: nec etiam obstat ultimum, quod adducebatur de præscriptione feudi: quia sublatum est per prædicta, cum communis sit sententia, quod non nocet agnatis successivè vocatis ad feudum. Pro resolutione hujus questionis videtur, quod distinguendi sunt aliqui casus. Primus, quando is, contra quem præscribitur, qui vocatus erat ad majoriam, non erat impeditus agere impedimento juris: veluti, quia ultra prohibitionem legis prohibentis alienationem rei subiectæ restitutioni, concurreret etiam prohibitio hominis de non alienando, quo casu in re alienata per possessorem, statim ejus morte non spectata, admittuntur ad revocationem alienationis, & ad petendum rem alienatam sequentes post eum vocati: ita quod fideicommissi, que prius erant conditionaria: quia vocabantur post mortem possessoris, efficiuntur pura, ut statim agatur, ut est text. in *lege cum pater, §. liberis, ff. de leg. 2.* tradit Paul. in *lege peto, §. frater, eod. tit. & in dita lege si usufructus, §. divi, col. 2. ff. de legat. 1.* & sic isto casu præscribi possit contra talem vocatum, non impeditum agere, non præscriptione longi temporis, sed præscriptione longissimi temporis: & ita procedunt, quæ dicta sunt ex dictis Paul. de Cast. in *dito §. sed quia nostra majestas*, & in hoc omnes Doct. videntur convenire. Sit secundus casus, quando sequens vocatus non poterat statim agere: sed de necessitate tenebatur sperare mortem primi ante eum vocati, & tunc sine dubio videtur, quod non possit præscribi contra eum, ex quo impeditus est agere: L. nullicinus, *ff. de servit. urba. prædit. L. 1. C. de anna. excepti*, ut habetur in præscriptio inducitur fit in odium negligentis, ut habetur in *dita lege 1.* & huic non possit negligentia imputari, ex quo est impeditus agere: merito non potest contra eum præscribi, & in hoc similiter omnes Doctores convenire videntur. Sit tertius casus, quando præscribens non habet titulum à prohibitis alienare, sed ab alio: quo casu Bal. in *lege 2. C. de usucap. pro empto*, voluit, quod tunc præscribarur contra sequentem vocatum, cum non habeat causam à prohibito, quod dictum mihi est valde dubium, quia Bal. in hoc loquitur sine lege: & quia Bal. non loquitur aperte in rebus subiectis restitutioni, sed in rebus prohibitis alienari, ut

Otro alguno tenedor del. Orosi dezimos, que si el hijo varon, que dexasse el vasallo que tuuiesse feudo del Señor, estouiesse año, e dia, (4) despues de la muerte de su padre, que non viniessse ante el Señor que diera el feudo a su padre, a fazer pleyto, e omenaje, de guardarle lealtad por aquel feudo, e de fazerle seruicio por el, en la manera que su padre era tenuto de lo fazer, quando era biuo; que pierde por ende el feudo, fueras ende, si fuessse menor de catorce años, (5) ca estonce non lo pierde. Esso mismo, dezimos, que deue fazer el vasallo, o el su hijo, al heredero del Señor, (6) despues que fuer muerto su Señor.

LEY XI. Quien deuen ser Juezes, entre el Señor, e el Vasallo, quando contienda han entre si por razon del Feudo.

Contienda acaesciendo entre el Señor, e el vasallo sobre el feudo; diziendo el Señor, (1) que auia fecho el vasallo por que lo deue perder; e el otro dixesse, que non era assi, e que le queria complir de derecho; estonce tal pleyto como este, o otro semejante del, non deue ser librado por el Señor: ante dezimos, que si el Señor ouiere otros vasallos, (2) que tengan feudo del, deuen el Señor, e el vasallo, tomar vno, o dos dellos, (3) en que acordassen anos, que lo oyan, e lo libren; e desque ellos assi escogieren, e les dieren poder de lo librar, deue cada vno dellos auer por firme, e estar por lo que ellos judgaren.

Carillo lib. 6. con. trov. cap. 12. n. 14.

LEX XI.

Controverfia feudi inter dominum, & vassallum debet cognosci per pares curiae ab eis electos, inter duos autem vassallos debet cognosci per eorum dominum: si verò inter vassallum, & extraneum, per iudicem ordinarium est talis causa dirimenda. Hoc dicit.

(1) Diciendo el señor. Item si controverfia sit super investitura, vel super violentia facta per dominum vassallo in feudo, secundum Innoc. in cap. ceterum, de iudi. Bald. in dicto §. preterea fin. de probib. feud. alien. per Freder. vel si vassallus dicat se vassallum, & dominus neget, ut in cap. 1. de contro. inter vassal. & epis. de benef.

(2) Otros vasallos. Ibi dicuntur pares curiae, ut in cap. 1. & ibi Bald. si inter dominu & vassallu. & debent praestitisse iuramentum fidelitatis, ut possent dici pares curiae, & cognoscere de causa feudali. Bald. in lege summa rerum, col. 5. ff. de rerum divisi. & dicit Socinus consil. 12. 1. vol. quod in Regno Francia viget ista consuetudo parium, & dicit Bald. quod sunt quatuor curiae in feudis, vide eum in cap. unico, an apud iudi. vel curi. domi. & quid si dominus non habeat alios vassallos, & sic deficient pares curiae, dic. quod tunc cognoscat iudex ordinarius, & idem si pares curiae essent necessarij producendi in testes, ut tradit Franc. de Aret. in cap. ceterum, col. pen. de iudic. & Francisc. Curt. in suo tract. feudali. 7. part. ad fin. & forte hodie de consuetudine regni de omnibus istis causis feudalibus cognosceretur in regalibus auditorijs, cum videamus de omnibus causis ibi cognosci, & non sic in usu recurrere ad istos iudices feudales, pro quo vide quod notat Bal. in dicto cap. imperialem, §. preterea si inter duos, de probib. feud. alien. per Fred. Abb. in cap. novit. col. 3. de iudic.

(3) Uno, o dos dellos. Adde cap. imperialem, §. preterea si inter duos, de probib. feud. alien. per Fred. & ibi glof. notabilis, & vide etiam per Bal. an isti pares debeant esse de eadem provincia, adde eundem in versis. si qua controverfia, de pace constan. & nota, quod & si vassallus sit clecticus, pares curiae possunt esse iudices, secundum Bald. in cap. 1. de contro. feud. apud pares termin. & etiam licet pares sint minores ipsi litigatoribus, secundum Bald. in proam. decretal. & sequitur Felin. in cap. ceterum de iudic. quid tamen si pares curiae nolent, vel non auerent cognoscere, vel alias essent domino nimis favorabiles, vide Andr. de ller. & Bal. in dicto §. penult. Bald. in cap. 1. an apud iudicem, vel curiam domi. & quid si non agatur de feudo jam constituto, sed de constituendo de novo, vide Abb. in dicto cap. ceterum, & an isti possint in casu reconventionis (super re non feudali) cognoscere, vide Bal. in cap. 1. de contro. feud. apud pares termin. & in dicto §. preterea, & quid si agatur possessorio super feudo, vide glof. in dicto cap. ceterum, & per Bal. in cap. 1. apud quos contro. feud. debet deci.

constat ex suo fundamento, & novissimè perpendit Rodericus Suarez in suis allegationibus, allegat. 3. unde adhuc crederem, quòd idem esset, & si haberet titulum à tertio, sicut à prohibito, quoad respectum praescribendi contra sequentes vocatos ad majoriam. Sit quartus casus, an dato quòd praescriptio inchoaretur, & finiretur contra sequentem priori loco vocatum: & esset praescriptio longissimi temporis, utrum talis praescriptio noceret sequentibus vocatis ad majoriam, natis forsan, vel non natis: & in hoc, ut dixi, Philippus Corneus consuluit, quòd omnibus praedictis per praedicta fundamenta, quibus jam est responsum, & iste casus est magis dubius: sed in puncto juris crederem, talem praescriptionem aliis posterius vocatis non nocere, & quòd veniente die suae vocationis agere possint per superius deducta, super quo tu latius cogita; quia pro nunc non video rationem sufficientem, quae inclinare me possit in contrariam sententiam. Sit quintus casus, quando praescriptio esset de tempore immemoriali; & isto casu crederem, praescriptionem omnibus vocatis praedictis: ex quo talis praescriptio habet vim tituli, & privilegii: L. hoc iure, §. dicitur aqua, ff. de aqua quot. & assi. super quibusdam, §. preterea, de verb. sign. & voluit Rodericus Suarez dict. 3. alleg.

(4) Año, e dia. Adde cap. prim. in princ. qua fuit prima caus. bene amitt. & procedit non solum in masculino, verum etiam in foemina, secundum Bald. in dicto §. preterea, si quis feudatarius, de probib. feud. alien. per Freder. & procedit etiam, si antecessor fecisset iuramentum fidelitatis pro fe, & successoribus suis, secundum Joannem Andream in cap. veritatis, de iurejurando, & communiter Doctores Canonista, licet contrarium tenet Bald. in lege unica, versis. excepto, C. de cadu. tollen. & non currit iste annus, & dies nisi d tempore, quo filius se immiscuit hereditati paternae, cap. 1. in princ. & ibi Bald. de cap. corra. & quid si post istud tempus dominus vassallum recipiat, vide glof. in cap. 1. quo tempore milei.

(5) Catorce años. Cap. 1. §. preterea si quis infundatur, de probib. feud. alien. per Freder.

(6) Al heredero del Señor. Adde cap. prim. quo temp. milei, ubi text. limitat, nisi iusta causa impediatur, vel iusta absentia; & adverte, quòd licet vassallus perderet feudum propter non petitam investituram infra annum, & diem, non tamen hoc noceret ejus filiis, vel ceteris agnatis, quando feudum esset paternum, ut tenet Andreas de ller. in dicto cap. 1. Alvarotus in dicto cap. 1. decima nova conclusione, qua fuit 1. causa benefi. amitten. quae opinio est tenenda, licet Bald. post Odofred. voluisset videtur contrarium in cap. 1. §. vassall. feud. privae. secundum Socin. consil. 66. col. 4. 3. vol. ubi vide per eum ad materiam huius legis in secundo dubi; & quid si iuramentum fidelitatis fuit praestitum de feudo pro se, & successoribus suis? Vide que dixi supra in glof. super verbo año, e dia; & vide Alexandr. consil. 79. 1. vol. col. fin.

ren. (4) Mas las otras contiendas, que acaescieren entre los vasallos sobre los feudos que tuuieren de vn Señor, el los deue oyr, e librar. (5) E si la contienda fuere entre el vasallo, e otro ome extraño, estonce el Juez ordinario (6) que oye todos los pleytos, lo deue librar, maguer aquello sobre que han la contienda, sea del feudo. Esso mismo seria, si la contienda fuessse entre vasallos de dos Señores. E lo que diximos en este Titulo, de los vasallos que tienen feudo, entiendese tambien de los vasallos de los otros Señores, como de los que lo tienen de los Reyes. E de todas las otras maneras en que son tenudos los vasallos de guardar a sus Señores, e si fazen yerro contra ellos, que pena merecen; mostramoslo assaz complidamente en la segunda Partida deste libro, do fabla de las huefies, e de las guerras.

e a que tien pro. E quantas maneras son della. E como deue ser guardada, despues que fuere puesta. E por quales razones se puede partir.

LEY I. Que cosa es Amistad.

Micitia, en latin, tanto quier dezir, en romance, como amistad: e amistad, segund dize Aristoteles, (1) es vna virtud, que es buena en si, e prouehosa a la vida de los omes: (2) e ha logar propriamente, (3) quando aquel que ama, es amado del otro a quien ama, ca de otra guisa non seria verdadera amistad: e por ende dixo, que departimiento (4) muy grande ha, entre amistad, e amor, e bienquerencia, e concordia. E puede ome auer amor a la cosa, e non aura amistad a ella; assi como auiene a los enamorados, (5) que aman a las vegadas a las mugeres, que les quieren mal. E porende dixeron los Sabios, que amor vence todas las cosas: ca non tan solamente faze amar al ome a las quel aman, mas aun a las que le defaman. E otrofi han amor los omes a las piedras preciosas, e a las otras cosas, que non han almas, nin entendimiento para amar a aquellos que las aman. E assi se prueua, que non es vna cosa amistad, e amor: porque amor puede venir de vna parte tan solamente, mas la amistad conuene en todas guias que venga de amos a dos. E bienquerencia, (6) es propriamente buena voluntad, que nasce en el coracon del ome, luego que oye dezir alguna bondod de ome, o de otra cosa, que non vee, o con quien el non ha otro azafimientio; queriendol bien señaladamente, por aquella bondad

TITULO XXVII.

Del deبدو que han los omes entre si, por razon de Amistad.

Amistad, es cosa que ayunta mucho la voluntad a los omes, para amarse mucho. Ca segund dixeron los Sabios antiguos, el verdadero amor passa todos los debdos. (1) E pues que en el Titulo ante deste fablamos del deبدو que es entre los vasallos, e los Señores, por naturaleza, e por bien fecho, por seruicio, o por conoscencia. Queremos aqui dezir de los otros debdos, que han los omes entre si, solamente por amistad. E mostraremos, que cosa es tal amistad como esta, Partida IV.

Y 2

(4) E estar por lo que ellos judgaren. Ad quem autem appellatur in causis feudalibus, vide per Inn. & Joan. And. in dicto cap. ceterum, non possunt tamen isti pares dominum bannire, ut dicit Bald. de milite vassal. qui contumax est, col. 3.

(5) El los deue oyr, e librar. Adde dict. cap. imperialem, §. preterea si inter, de probib. feud. alien. per Freder. & cap. 1. de contro. feud. apud pares termin. & dict. cap. ceterum de iudi. & si questio est inter duos Comites, vel Burones, solus Princeps cognoscat, cap. 1. apud quem, vel Burones, solus Princeps cognoscat, cap. 1. apud quem, vel Francisc. Curt. in suo tract. feud. ult. part. vide glof. notabil. & ibi per Bal. de inuesti. in mari facta, & nota, quòd si non constar de domino, qui litigantes producant diversos investidores, tunc cognoscat iudex ordinarius, ut in §. si tres, & ibi Bald. in fine, de pace tenend. & Abb. in cap. ceterum, de iud. col. 5.

(6) Ordinario. Vide glof. & Doct. in dict. cap. ceterum.

TITULUS XXVII. DE AMICITIA.

(1) Passa todos los debdos. Vir amicitabilis ad societatem, magis amicus erit, quam frater, Proverb. 18. cap. v. 24. Valerius Maximus dicit, quòd amicitia vinculum praevalidum est, neque ulla ex parte sanguinis viribus inferius, hoc etiam certius, & exploratius, quòd illud quod nascendat fors fortuitum opus dedit, hoc uniuscuiusque solido iudicio inchoata voluntas contrahit, & aequiparat lex amicis consanguineis, L. cum alienam, C. de leg. tradit Bal. in lege ut vin, col. 2. ff. de iust. & jur. ubi refert dictum Aristotel. quòd veri amici sunt una ani-

ma in pluribus corporibus. An autem singularis amicus contineatur nomine suorum, vide per Bald. in lege 1. col. 11. C. qui accusar. non poss. & Seneca in epist. 103. quandam plangentem filium redarguit, dicens, quid feceres si amicum pederes, ex quo periculum incertae spei sic plangis? Quasi dicat, amicum esse filio preferendum, si fuerit verus amicus.

LEY I.

Amicitia est virtus humanae vitae commodosa, & est proprie quando amans per amatum diligitur: amor autem dicitur quando amans non amat per amato: benevolentia verò est, quae ex auditu generatur, concordia est vita pacifica inter homines. Hoc dicit.

(1) Aristoteles. 6. Ethic. (2) A la vida de los homes. Hoc idem dicit, quia charitate sublata, omnis est vita humanae sublata iucunditas, ut inquit Cicero in lib. de amic. ad fin.

(3) Propriamente. Est enim amicitia aequalitas animorum, secundum Tullium rhetor. 2. cap. amicitia non est sine reamotione, secundum Aristot. 8. Ethic.

(4) Que departimiento. Nota differentiam inter amicitiam, amorem, & benevolentiam, & concordiam.

(5) Los enamorados. Nihil furore amoris vehementius, quem retinere philosophia est, perfectè momentis, & insipientem, atque inhaerentem concupiscentiam retinentis, in audent. quibus mod. natu. effi. legi. §. illud quod, colla. 6. & ibi glof. quòd amorosus similis est ebrio, & adde Bal. in lege precibus, col. 7. C. de impub. & aliis subseq.

(6) Querencia. De laudibus benevolentiae vide B. Ambr. lib. 1. offic. cap. 32.